

Vt nūq; vīa probat.

tius orbis populos pauculis annis inouare potuerūt. **S**ed missam faciamus studiorū collationē. Sit suū cuiq; pulchrū, & ut Paulinis utar uerbis, in suo quisq; sensu abundet. Cui placēt scholasticæ cōsultationes sequatur, quod in scholis receptū est. At si quis magis cupit instructus esse ad pietatē q̄ ad disputationē in primis & potissimū uersetur in fontibus, uerset in his scriptoribus, qui proxime biberūt de fontibus. Quod diminutū erit in syllogismis, id p̄fabit oratio. Et satis inuictus fueris theologus, si eo p̄feceris, ut nulli succūbas uicio, nullis cædas cupiditatibus, etiā si a disputatione quodlibet discesseris inferior. Abunde magnus doctor est, qui pure docet Christum.

METHODI FINIS.

*Apologia .i. excusatio, defensio,
Contra calūniatores.*

D. ERASMI ROTERODAMI APOLOGIA.

IAm ut occurrā Apologia, reclamaturis, Paulus ap̄ls referente Luca fortunatū sese p̄dicat, quod apud Agrippā p̄ se cām dicturus esset, cui p̄pter diutinā cū Iudæis consuetudinē, res oēs in quibus uertebatur q̄stio, maxime cognita cōpertaq; essent. Atq; utinā eodem noīe mihi quoq; gratulari possim, cui plane diuersū quiddā usu uenit atq; Paulo. Nā ne opus quidē est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totū hoc negociū de quo cōtrouersia est, nō intelligunt, nec p̄sum aliā ob cām calūniant, nisi qd̄ non intelligant. Siquidem apud eos, qui latinas, græcas, & hebraicas literas uel ad mediocritatē degustarūt, qui serio in uestigandis diuinæ scripturæ mysterijs, q̄ feliciter ac diligēter in uetustis illis, ac nō minus ueris q̄ uetustis theologis uersati sunt, nihil addubito, qn̄ magnā initurus sim gratiā, etiā si quod conatus sū, pax̄ affecut⁹ fuero. Proinde mire fiet, ut qbus hac opa nostra nō magno pe sit opus, q̄q; soli dānare quādā possint, quod ob bonarū peritiā literarū possint iudicare, ij nō solū cōprobēt suo suffragio nostrā industriā, uerū etiā gratiā haud uulgarē habeant. Cōtra, q̄ hisce de rebus nullo modo possint ferre sententiā, & hōc magis egēt huius laboris subsidio, quo lōgius absunt a bonis literis; ij non solū nō amplectent̄ op̄ ipsorū paratū usui, uerū etiā obstrepēt, calūniabunt, damnabunt; quorū alterū extremæ cuiusdā ingratiitudinis esse uidet̄, alterū insignis impudentiæ. Quid em̄ fingi pōt̄ impudentius, quā dānare librū quē ne legeris qd̄ē, tū eiusmodi, ut si maxime legas, tñ absq; linguarū p̄itiā p̄nūciare de eo nō possis? Quid aut̄ ingratius, q̄ p̄ tā imensis sudoribus uigilijsq; quas tantū iuuādi animo susceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calūniam, idq; potissimum ab ijs, ad quos potissimum operis utilitas sit reditura? Cum

Contra ingratos.

Cum ubi q; scæda est ingratitude, tum in nullos æque par est gratos esse, atq; in eos qui dispendio rei pecuniariæ, iactura uoluptatū, nonnullo etiam ualitudinis ac uitæ suæ detrimēto, in hoc totis uiribus incūbunt, ut ingenij sui monumētis orbi consulant. Verum haud scio/an usq; ingratus reperias mortalium ingenium, nec alias esse uerius arbitror, quod nō minus elegāter q̄ grauius dictum est a Seneca. Tutius esse, quosdam offendisse q̄ demeruisse. Nihil æque perit, atq; id quod confertur in ingratos. At magis perit officium, mea quidem sententia, quod in eos collocatur, qui nō intelligunt officium, & minus redit ab ijs qui non cognoscunt meritum, q̄ qui non agnoscunt. Nam ij tametsi dissimulant, tamen apud se sunt obnoxij, nōnunq; pudore coguntur agnoscere. Deniq; spes est ut aliquādo resipiscant. Illi quod est beneficiū, iniuriam interpretantur, & officio adiuti in ius uocant benemerentē. Theologorū in primis est, nō solum gratitudinē p̄stare, uerū etiam candorē & mansuetudinē. Et theologis potissimum hic meus defudauit labor, atq; his theologis, quibus aut nō uacauit, aut nō cōtigit, eas discere literas, sine quibus diuina scriptura penitus intelligi nō possit. Horū adiuuandis studijs, nostrū impendimus studiū, ut quod illis sua fortuna negauit, id nostra suppeditaret industria. Et tamē si qui reclamaturi sunt, ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur medici, nō asperrant iurecōsulti, recipiūt philosophi, si quid ad illorū professionē instaurandā conducit. Soli theologij pertinaciter reclamamus, & ipsi nostris inuidemus bonis. Sane permolestū est, pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiā. Molestius ab ijs de quibus benemereri studeas calumniā prēmij loco reportare, & a quibus tuo iure poteras exigere debitā gratiam, his actoribus iniuriæ causam dicere, Seneca summū liberalitatis genus esse putat, ac diuinæ beneficentiæ proximum, si quis non tantū gratuito profit, uerū etiā sciens perdat beneficiū. At mihi uideor hoc quoq; superaturus, si de his quoq; pergā benemereri, qui beneficiū iniuriā retaliunt. Et quēadmodū fidi medici, reclamantibus etiam & cōiuciantibus ægrotis tamē pergunt subuenire, ita nos hoc quoq; uelut auctario beneficiū nostrū cumulabimus, ut beneficium quod accipiunt intelligant. Primum igitur etiam atq; etiā adhortor omēs theologos, ut quibus per atate aut occupationes uacat, græcas degustent literas, & item Hebreas, si liceat. In ipsis arcanæ scripturæ fontibus diligenter philosophentur, ueteres theologos, quos & eruditio cōmendat & uitæ sanctimonia iugiter euoluant. Deinde nostra si uolent conferant & expendāt. atq; ita pbent, si quid recte monuimus, emēdent amice, si qd ut homines aberrauimus a uero, & minus affecti sumus, quod sedulo sumus secuti. Quod si impetro causam, uici, pro accusatoribus habiturus patronos. Caterum a quibus hoc non impetro, saltem illud mihi uel precario donent, ut credant, me simplici pioq; iuuandi studio quicquid hoc laboris est suscepisse. Quod si parū alicubi successit, error est, non scelus, & corrigi mereor, in cessi non mereor.

Nihil

Theologis q̄b; nō cōtigit
discere litas græcas & hebreas
as hoc opy elabo-
rati est

Omēs facultes literis re-
stauratorib; apertū
at soli theologij
reclamāt.

Seneca Sijja

Exhorta° ad degustand
græcas et hebreas
litras

Submittit se cōrector.

Nihil enim magis agnosco, quæ me nihil scire. Profitentur alij quantumlibet in-
gentia. Ego mea tenuitate nihil profitens, præsto tamē quod licet, paratissim⁹ ad
palinodiā, sicubi more hoīm lapsus sim, ipse quoq; mihi cēsor futur⁹, simulatq;
deprehendero. Cæterum diuus Hieronymus nō fert reprehensorē, qui damna
re possit, docere non possit. Quorum illud tyrānicum est, hoc amicū & eruditū.

¶ Iā illud quēadmodū extra cōtrouersiā est apud eruditos, ita indoctis etiā, mul-
torum libris persuasum esse reor, hanc noui testamenti æditionem Hieronymi
non esse. Tametsi nos, nec hanc, qualiscūq; est, aut cuiuscūq; est, neq; cōuellimus
ullo modo, neq; calumniatur. Tantū restituimus, quæ temporū ac librarioꝝ uis-
tio fuerant deprauata, obiter indicatis & his, quæ uel ambigue, uel parum atten-
te reddidit interpres. (Nā nō recte, mihi religio est dicere, etiamsi id nō ueritus
est aliquot locis Hieronymus) idq; fecim⁹, neq; leui quod dici solet brachio, ne-
q; temere, sed primū ex cānōnū consilio, ad græcæ originis fidē, examinatis exē-
plaribus latinis, neq; tamē fidentes paucis aut quibuslibet. Laurentius Valla se
ptem bonæ fidei codices se secutū fuisse testat. Nos in prima recognitione qua-
tuor Græcis adiuti sumus, in posteriore quinq;. Deinde cōsultis tum puetustis
tum emendatis aliquot latinæ linguæ uoluminibus. Nec hoc cōtenti/discussis &
exploratis pbatissimis autoribus, nō oscitanter obseruauimus, qd citarint, qd le-
gerint, quid emendarint, quid interpretent. Atq; hisce rebus oibus qua licuit ui-
gilantia, certe, summa fide, collatis ac pensitatis, quod optimū iudicauimus, secu-
ti sumus; & hac lege in mediū cōtulimus, ut nihilo secius suo quisq; iudicio frue-
retur. Iam uero si qui uerent, ne sacrarū literarū autoritas uocet in dubiū, si qd
usq; uariauerit; hi sciant oportet, iā annos plus mille, neq; Latinorū neq; Græ-
corū exemplaria p oia cōsensisse. Id quod ne fieri quidē possit, nimirū in tanta
librarioꝝ, nō solū turba, sed in scitia, oscitātia, temeritate, Vt ne cōmemorem q;
multa mutata sint ab eruditulis, aut certe a parū attentis. Cōperio quadam era-
sa aut inducta a factionibus; quorū tumultu quondā sursum ac deorsum misce-
bantur oia; præsertim oriens; dū quisq; p suarū partiū patrociniū scripturā ua-
riat. Id certe factū nō obscure cōpluribus in locis declarat Hieronymus. Quid
autē accidit religioni Christianæ, q; tot iā seculis, aliud legit Hieronymus; aliud
Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambrosius, aliud Augustin⁹? Apud hos alicu-
bi nō modo diuersa cōperies, sed & pugnātia, cū in sūma christianæ fidei cōsen-
tiāt. Quid facias, posteaq; nec ipsa horū tēporū æditio p oia sibi consentit? Qua-
de re si quis dubitet, huic fidē fecerint codices typis etiā excusi, cū annotamentis
marginalib⁹, & si id parū est, ex cōmētarijs diui Thomæ, ex cōmētarijs Lyrani,
ex cōmētarijs Hugonis Charrensis intelliget, Quæso quid periculi consecu-
tum est, quod sctūs Hieronymus uetus & nouū instrumentū mūdo iā senescē-
ti, ad hebræā & græcā ueritatē instaurauit. Redamatū est tū a nonnullis, quibus
ipse suis libris abūde satisfacit, nec ob aliud opinor reclamātū, nisi qd nescirēt eas
litteras

Παλινοδια + uerita⁹, uerita⁹
c'itatio

Vulgari noui Testamenti
æditione nō est Hiero-
nymi

Quæ matris & strenue
h' noui Testamenti
castigauit

Contra id q; sacrarū literarū
in auctoritas uide-
ri dicitur in dubiū

104

litteras. At num hinc uel tantulum incommodi natum est Christianae religioni? Augustinus fatetur ipsa codicum discordia, se non mediocriter adiutum fuisse, dum quod hic parum apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret, id quod uel fortuito fieri necesse est. Quid decessit euangeliorum maiestati, quod ea Iuuenius heroicis uersibus induserit? Quid scriptura diuina, quod eam fere totam Aegidius Delphus noster, insignis Theologus elegiaco carmine nuper complexus est? Nos locos aliquot innouauimus, non tam ut elegantius redderemus, quam ut dilucidius ac fidelius. Quid autem erat periculi, si paraphrasi totam orationem nouassemus? Quibus haec placeat additio (quam ego nec damno, nec muto) huic sua manet additio. Siquidem ea non solum castigatione non laeditur, sed redditur illustrior, purior, emendatior. Illa legitur in scholis, canatur in templis, citetur in concionibus. Illud ausim polliceri, quod quis hanc nostram domi legerit, suam rectius intellecturus est. Proinde si nihil offedit nisi nouitas; & illa iam uetus olim noua fuit; & haec noua si patiamur, olim uetus fuerit. Nimis imperiti est hominis, libros antiquorum aestimare numero, ac non potius ipsarum rerum iudicio. Optarem & ipse in sacris literis, nihil esse deprauatum, nihil dissidere. Atque id ut optare est in procliu, ita nec fuit unquam, nec futurum est unquam. Iam quid attinet istos refellere, qui non minus indocte quam impudenter solent uociferari, facinus esse non ferendum, ut quisque corrigat euangelia? O uocem uix auriga dignam, nedum Theologo? Fas est nebuloni cuiusuis, euangelii codices deprauare, & nefas erit quod deprauatum est restituere? Praesertim homini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexercitato, idque tot graecis ac latinis uoluminibus, tot clarissimis autoribus in consilium ascitis? Mihi plurimis argumentis uehementer probabile est, uniuersum instrumentum nouum graece scriptum fuisse non latine. Certe si quis excipiat euangelium iuxta Matthaeum, & unam ad hebraeos epistolam, de reliquo nulla controuersia est. Proinde qui mutare parerit, quod scriptum fuit ab apostolis, & euangelistis, in hunc iure damitent, quod corrigat euangelia, non in eum qui iuxta Pontificum decreta ex graecorum fontibus, ex sacrorum interpretum sententia/syncera fide reponat, quod uel a scribis erat uitiatum, uel ab interprete parum apte redditum in latinis codicibus. cum graece scripserint apostoli. Sed cur haec pluribus ago? cum diuus Hieronymus copluribus epistolis huius causae patronum agat, quod nec ipse, cum in re non ita dissimili laborasset, calumnia caruit. Cuius emendatio si extaret, aut non fuisset nobis hoc laboris capiendum, aut fuisset quod sequeremur. Itaque te quaeso lector optime, cum occurrerit nouatum aliquid a nobis, ne protinus ad solitae lectionis gustum ac saluam reijcias, ac damnes, quasi necesse sit malum esse, quicquid diuersum est, simul & me fraudans mea laude, & te operis utilitate. Sed primum nostra conferto cum Graecis, quod quo promptius esset, illa e regione adiecimus. Expede num fidelius, num apertius, num significatius expresserim, quam uetus interpret. Nec hic rursum pertinere in ius trahatur, si minus uerbum uerbo respondeat, id quod ut maxime co

Q. plurimū interpretū discordia adiunat ad uerū tantū intelligētias sibi pōt.

Juuenius.
Aegidius Delphus.

Paraphrasis .i. aliam interpretatio.

Vulgata editio haec castigatōe nō laedit; sed redditur purior et illustrior et emendatior.

Contingit qd dicitur facinus ex corrigenda euangelia.

Q. Hieronymus passus sit calumnia.

Exhortatio ad candorem Lectoris, ut quod legitur se habeat in lectore huius editio.

Quae uerbum uerbo non oīo respondeat.

maxime coneris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducunt, usque a literis ac syllabis discedere, cur hic interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adact⁹ necessitate, nec inuitatus utilitate, sed uelut in re ludicra lasciuies & oscitans? Quid si licet, ut certe licet, si me comperies sententias, maiori fide reddidisse quam ille reddiderit, ne damna quod nouum est, sed amplectere quod est rectius. Iam si collatio tibi non satisfacit, ne continuo pronuncies. Consule nostras annotationes, quae fortasse tibi uel autoritate testium, uel rationibus adductis satisfaciant. Fit interrim, ut diuersa sit lectio, sit ut hsdem ex uerbis, complures sensus accipi possint. Nos primam unicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Caeterum in annotamentis uaria referimus, aut indicantes quid nobis optimum uideatur, aut tuo relinquentes arbitrio, quid sequi malis. Sunt in quibus nostra uulgata magis probatur aeditio, aut Ambrosiana lectio, quam graeci codices. Et tamen consentientibus omnibus graecis exemplaribus (quoniam alia mutare non licuit) latina accommodauimus, ne non responderent, cum in hoc ipsum adderentur. Caeterum id in scholijs discutimus. Comperio quaedam apud illos addita ex more soleni, ueluti coronidem illam sic additam orationi dominicae, quemadmodum apud nos in calce psalmodum adicitur gloria patri. Ea non reseuimus a contextu, sed tamen in commentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi, cum quod frequenter comperio factum, ex alijs locis ascribit lector, quod in simili sententia deerat alibi. Attamen id quoque curauimus admonere. Proinde non ita tradimus hanc lectionem, quasi certa indubitataque sint omnia, sed quod ex nostra emendatione, accedentibus annotamentis non medio critter adiuuandus sit lector uigilans & attentus. Inerunt multa quae ceu minutula friuolaque contemnenda uidebuntur alicui. Verum qui conferet, qui expendet, qui tractabit, & interpretabitur sacras literas, is ipse comperiet, in his minutulis non minimum esse utilitatis. Ad haec facile mihi ueniam dabit, huiusmodi minuta persequuto, qui cogitarit ad huiusmodi scrupos primi nominis autores impegisse, non nunquam & pudendo errore lapsos esse; nimirum ipsum Hilarium, Augustinum, & inter recentiores doctissimum Thomam Aquinatem, ne iam caeteros commemorem. A quibus in hoc uersanti negotio, nonnumquam dissentire fuit necesse, quod quidem ut semper ingenue feci, ita nusquam contumeliose; ne in istos quidem procacior, quorum impudens temeritas, & insolens incitia parum merebat hanc ciuilitatem, in quos etiam si liberi inuectus fuisset, tamen apud eruditos omnes excusaret me Plautinum illud. Quod dignis maledictis, bene dictum est, non maledictum. Verum malui rationem habere quid me dignum esset, quam quid isti mererent. Erat animus, istorum ineptias omnino dissimulare, nisi libri passim manibus omnium tererentur, & oraculorum instar legerentur ac citarentur. Nec rursus id a me factum est affectate sed obiter locis aliquot, quo posthac minus illis fidant, qui quicquid apud huiusmodi scriptores utcumque positum aut additum repererint, id alba quod aiunt amussi in

Q maior fide restituit
erit qd uul-
gari in-
tempo

De Annotationibus suis

Nota h.
abbinc
vfr
ad
finem
?

Coronis idis et finis l
extremitas.

Q nemo potest legere
q aliqui minutula
& forte friuola
altrui uideri
bitur
i Am
notamur

Matth. vj.

APOLOGIA.

amissi i suos cōuerteret cōmētarios, aut certe quib⁹ autores isti magni sūt, intel-
 ligeret, ob harū rez quas indicauim⁹ ignoratiā, magnos etiā autores turpiter ac
 plusq̃ pueriliter hallucinatos esse. Alioqui si quicquid in horum uoluminibus
 uel rideri, uel improbari poterat, persequi uoluissē, tum uere mihi inter man⁹
 nata fuisset, ἰλιάς κακῶν, ut est in Græcorum prouerbio, nec ad ea refellenda una
 suffecerat ilias. **C**eteros autem, quos præter eruditionis cōmendationē ornat
 & uitæ sanctimonia, tantū abest, ut incessam petulantius, ut sepenumero capta-
 tis etiā prætextibus, aut eleuem errorem, aut excusē, aut tegā. Nec mihi succē-
 sere debent, si quid lapsus est, Augustinus aut Thomas, cū res ipsa clarior est, q̃
 ut dissimulari possit. Imputent inscitia linguarum, aut si malint, imputent illo-
 rum seculis. **E**re studiosorum erat, illa non omnino dissimulare. Non q̃ me pu-
 tem oculatiorem summis illis uiris, sed q̃ alicubi fortasse fuerim attēti⁹, & for-
 tasse linguarum opibus instruetior, certe q̃ Aquinas, qui latine tantum nouit.
 Quos omnes, ut semper ueri fuere studiosissimi, magis propicios esse mihi con-
 fido, uel hoc noie, quod illorū libros aliquanto reddiderim purgatiore. **Q**uid
 minutius hypostigma? At tantula res hæreticū gignit sensum, quemadmodū
 docet Aurelius Augustinus libro de doctrina Christiana tertio, exēpli causa ci-
 tans illud Ioannis, In principio erat uerbum apud deum, & deus erat. Et inter-
 posita diastola, sequitur, Verbum hoc erat in principio apud deum. Hæc lectio-
 nem hæreticā appellat, uidelicet corū, qui negabant uerbū dei, deum esse. **I**tem
 illud quod est apud Paulū in epistola ad Rhomanos. Quis accusabit aduersus
 electos dei? Ab hoc loco quæ sequuntur, nisi per interrogationē legant, sensū nō
 hæreticū modo, sed prorsus blasphemū efficiūt. Quali respōdeas ad superiora,
 Deus qui iustificat. Deinde, quis est qui cōdemnet? Ad id rursus respondeas,
 Christus Iesus, qui mortuus est. Idem offensus amphibologia Paulini sermo-
 nis, cum ait, Quod stultum est dei, sapientius est hominibus, mauult ita reddi,
 quod stultum est dei, sapientius est q̃ hominis, quod alioqui uideri potuerit in-
 certum, dandi ne casu dictum esset, hominibus, an auferēdi. Atq̃ hæc & alia his
 ferme cōsimilia multis uerbis illic ānotauit uir tant⁹, quæ nihil negocij sit animi
 aduertere, etiam si nullus moneat. **Q**uid si is legisset tot portenta mendarum a
 nobis pdita, sublataq̃: tot crassissimas discussas tenebras: tot sensus præposte-
 re nō solū ambigue redditos, suæ restitutos integritati, an non hunc laborē no-
 strū utrisq̃ manibus cōplexus fuisset? **Q**uædā aut tanta breuitate sunt annota-
 ta, ut ni nostrā annotatiūculā ad locū ipsum cōferas, non sis animaduersurus
 quid uoluerim. Nam quod cōplusculis locis occurrent eadem, id data opera fa-
 ctum est, quo consulere lectori uel parum memori, uel inquiredi laborē fu-
 gitanti. **E**t sane nō nihil uereor, ne quemadmodū multos sit offensura nouitas,
 ita e diuerso existat, quibus hoc ipsum displiceat quicq̃ esse quod conueniat cū
 ueteri interprete. Alijs nihil probatur, quod sit diuersum, alijs ineruditū uidet⁹.

ἰλιάς κακῶν. Ilias
malozim,

De errore quidaz
ex impitid liguaz.

Thomas Aquinas
trij latine nouit,

hypostigma sub
pictu. pua nota.

quod non

De seipso
Eras.

De seipso
Erasmy.

APOLOGIA.

quod non tota ratione pugnet ac dissideat. Rursus alios offendit sermo paulo purior ac latinior, nempe hos qui nihil acutum iudicant, nisi quod prodigiosis scater at solæcismis. Alij contra fastidiunt, quicquid non referat Ciceronianum illum nitorem. Nos in hoc opere ut non affectuimus eloquentiam, ita mundiciem, si qua in promptu fuit, non respicimus. Non offendit deus solæcismis, at idem non deletur. Odit superbam eloquentiam, fateor, at multo magis superciliosam & arrogantem infantiam. Nos toleramus istorum balbutie, ferant ipsi uicissim nostram qualem cumque dicendi mediocritatem. Verum ut aliquando finiam, quemadmodum ingenue fateor esse permulta, quae doctius tractari potuissent, ut non inficias eo, locis aliquot dormitasse lassum, ita res ipsa, ni fallor, indicabit, me post Laurentium Valam, cui non hac tantum in parte debent bonae literae, post Iacobum Fabrum, uir tutis omnis & literarum antistitem, nec sine causa uersatum in hoc negotio, nec sine fructu. Bene Valeto lector amice, & si quid adhuc desideras, a praefatione quam Annotationibus praefixi, petito.

hec noua Castigatio est non nimis diligens non nimis ruidis beta mada

Epilogos

Lau: val. Jaco. fab'

APOLOGIAE FINIS.

ΒΙΟΙ ΤΩΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ ΕΚ ΤΗΣ ΤΟΥ ΔΗΡΟΘΕΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΑΙ ΤΥΡΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΣΙΝΟΪΗΣ.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ὁ εὐαγγελιστὴς, τὸ εὐαγγέλιον τῷ κυρίου ἸΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, τῆ ἑβραϊκῆ διαλέκτῳ συγγράψας, καὶ ἐκδεδωκεν αὐτὸ εἰς Ἱερουσαλήμ, ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου, καὶ ἄλλοις ταῖς ἀσκήσασιν, ἐπισκόπων ὄντων Ἱερουσαλήμ, ἐκοιμήθη δὲ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐκθάπτεται ἐν δόξῳ.

ΜΑΡΚΟΣ ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ πρῶτος ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἀλεξανδρεῦσι καὶ πάσῃ τῇ περιχώρῳ αὐτοῦ ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου, ἀπὸ αἰγυπτίου καὶ μέχρι πενταπόλεως, ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τραϊανοῦ, ἐν ἀλεξανδρείᾳ κάλων λαβῶν, καὶ τῷ τραχιῆλου Συριεῖ ἀπὸ τῶν καλομυλιῶν βουκόλου τόπων, ἕως τῶν καλουμυλιῶν ἀγγέλων, ἐκῆ ἐκάν, πυρὶ, ἢ τῶν εἰδωλομανῶν, μνηφασμοθυλίας, καὶ ἐκῆ ἐτάφη ἐν τοῖς βουκόλοι.

ΛΟΥΚΑΣ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀντιοχεὺς καὶ τῶν ἁγίων ἡμῶν, ἰατροὺς δὲ πλὴν τέχνῳ συνεγράφατο δὲ τὸ μὲν εὐαγγέλιον, καὶ ἐπιτοπιῶν, πῆρτα τοῦ ἀποστόλου, τὰς δὲ πράξεις τῶν ἀποστόλων καὶ ἐπιτροπιῶν παύλου τοῦ ἀποστόλου, συναπεδήμησε ὅτις ἀποστόλοις, καὶ μάλιστ' αὐτῷ, οὗ καὶ μνημονεύσας ὁ παῦλος, ἔγραψεν ἐν ἐπιστολῇ, ἀπαύξεται ὑμᾶς λουκάς ὁ ἰατρός ὁ ἀγαπητὸς ἐν κυρίῳ, ἀπεδῶκε δὲ ἐν ἐφέσῳ καὶ ἐτάφη ἐκῆ, μετ' ἐθὴ δὲ ὕσσορον ἐν κωνσταντίνου πόλεως μετὰ καὶ ἀνδρέα τὸν ἀποστόλου, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν καιρῶν κωνσταντίνου βασιλέως, ἡοῦ κωνσταντίνου τῷ μεγάλῳ.

ΙΩΑΝΝΗΣ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦ κυρίου γενεῶν μῆνος, ὁμ τῷ ἡγάπα ὁ κύριος, ἐν μὲν τῇ ἀσίᾳ, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τῷ ΧΡΙΣΤΟΥ, ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῶν ἁγίων ἐν τῇ νήσῳ πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τῷ κυρίῳ, ἐκῆ ἢ ἄλλῃ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ἔγραψε, καὶ ἐκδεδωκεν ἐν ἐφέσῳ, διὰ γὰρ τὸ ξενόδοχος καὶ διακόνος, ὡ καὶ παῦλος ὁ ἀπόστολος μαρτυρεῖ λέγων ῥωμαίοις, ἀπαύξεται ὑμᾶς γάσιος ὁ ξένος καὶ ὁ ἄλλος ἐν ἐκκλησίᾳ, μετὰ τῆς τελευτῆς τῶν βασιλέων ἐπ' ἀντίστοιμον ἀπὸ τῆς νήσου ὁ μακάριος ἰωάννης καὶ παραμυλία ἐν ἐφέσῳ, καὶ ἔζησεν ἔτη .ε. καὶ μετὰ ταῦτα ζῶν ἐαυτὸν ἐκῆ ἔθαψε θεοῦ βουλῆ σφ. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, μὴ ἐπὶ τραϊανοῦ ἀντὶ τῶν ἁγίων ἀλλὰ ἐπὶ δομετιανοῦ, ἡοῦ οὐ βασιανοῦ.

ΤΕΛΟΣ.